



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

De Sacerdotii Origine & Præstantia - Variis item Industriis, & Praxibus, quibus Sacerdotes boni ad Dei gloriam suámque & Proximi salutem promovendam sunt usi ; Malorum Qvoque Sacerdotum infelici interitu, radicibus, & remediis Cui etiam Compendium Ritualis, ea, quæ pro commodiori Sacramentorum & ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1681**

Exempla Obedientiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48600](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48600)

Angelis reponerat, quod multifariam ii præparare, quæ cum agendum est, animos, vimque inimicorum & opprobriorum arcere possint ac vincere; unde ubi primam in Religionem aliquid aut Regnum perveniebat, mox Præbendam, & locorum Archangelos & clariores apud eas Genesim nenerabatur Sanctos, & invocabat, ut & Incolis, & sibi tantis boni, propitiisque vellent, dum inibi legatione profunderetur. Ex quo instituto facillè consequeretur, ut inter Superos magis, quàm inter mortales habitaret, & agendas res non modò suavitas, & quidam quasi floriditatis succus non elanguesceret, sed etiàm vireret pulchritudinis & effloresceret pabulo ex ipsa actione petito, quæ sanctissima beatarum mentium, quæ simul in ministeria humanae salutis missæ semper vident faciem Patris, humana tarditas patitur, imitatio. Vita l. 3. fol. 346.

P. Cosinas Alamannius supputato Sanctorum quotquot invenire poterat, semel saltem ad cujuslibet rem Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam recitabat. Bibliotheca script. Soc.

### Exempla Obedientie.

I. Quantopere hæc virtus, quæ nihil aliud est, habitus inclinans ad omnia Superiorum iussa celeriter & pariter exequenda, necessaria sit Sacerdotibus, clarè ipsius Christi testimonio Jo. 15. dicentis: *Manete in me, ego in vobis: sicut palmes non potest fructum ferre nisi in ipso, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potest ferre. Quid verò sit manere in illo, paulò post indicat dicens: Manete in dilectione mea. Si præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea. Cùm autem idem Christus Luc. 10. de Superioribus dicat: Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit: facillè colligitur, per obedientiam præcipuè Sacerdotem manere in Christo, adeò fructum ex suis functionibus sperare non posse, nisi perfectam suis Superioribus Obedientiam præstare diligeret, quod suo damno expertus est P. Melchior Nunnius*

provincialis, qui in Indiam primùm, postea ad Sinas Evangelii causa profectus, nullum ferè aut exiguum fructum fecerat, cujus causam Historia Societatis JESU l. 15. n. 134. & Genes. n. 87. non aliam fuisse indicat, quam quòd ier illud Superiorum nutu, sed suæ pietatis, Sociorum & Proregis pro impulsu susceperit. Ut adeò meritò quivis Sacerdos applicet sibi possit verissimam illam pii Authoris sententiam in Causa Persona prolatam l. 3. c. 13. *Fili, qui se subtrahere ab obedientia, ipse se subtrahit à gratia; & qui quaquam (per proprium judicium) habere privata, amittit communem, communem scilicet benedictionem, & fructum, qui DEO obedientibus dari consuevit juxta promissionem in primo Psalmo factam, dum dixit: *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, sed in lege Domini voluntas ejus. Et tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium ejus non defluet, & omnia, quaecunque faciet, prospera erunt.* Porro tres præcipuè actus sunt, qui à Sacerdote quoad hanc virtutem requiruntur.*

I. Primus est, ut Superiores suos non ut Homines, sed DEI vicarios ejus Personam sustinentes aspiciat, ideòque omnem illis honorem & reverentiam exhibeat; quemadmodum S. Paulus ad Eph. c. 6. monuit, dicens: *Servi, obedite Domino carnalibus cum timore & tremore in simplicitate cordium vestri sicut Christo, non ad oculum servientes quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi, facientes voluntatem DEI ex animo, cum bona voluntate servientes, sicut Domino, & non hominibus, scientes, quoniam unusquisque quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet à Domino; id quod non pauci Sacerdotes egregiè observârunt.*

S. Franciscus Xaverius S. Ignatium velut Superiorem suum adeò venerabatur, ut nomen illius à literis præcisum in reliquaria theca inclusum collo circumferret, literasque ad ipsum datas flexis interdum genibus exararet. Sed & Episcopos, eorumque Vicarios adeò venerabatur, & tam perfectè obediebat, ut nihil sine eorum autoritate tentare præsumeret. Vita l. 6. c. 8.

S. Franciscus Borgia non tantùm S. Ignatii jussa ad unquam expediebat, sed etiam Fratri Coadjutori Michaëli Mar-

co, qui ei Comes à S. Ignatio additus fuerat in iis, quae letudinem concernebant, exactissimè obediebat. In Q. reali secessu lapides, calcem, & ligna ad aedes constructas portare iussus tam libenter & expedite paruit, ac si illius vocem audivisset. Vita l. 4. c. 3.

Alanus de Solminihac quamdiu Abbas fuit, regimini Directoris perfecte se subiecit, cuius etiam vocem audivit velut à DEO missam, nihil nisi prius ab ipso præceptum agens, quin & ipsam inedia, aliásque mortificationes scribi sibi curans, nec, quod præscriptum erat, ullo modo transgrediens. Quamdiu morbis conflictabatur, Medicinam sequentissimum se præbebat, sumens, quidquid præscriptum esset. Præterea illi Principis Apostolorum monito c. 2. *Subiecti igitur estote omni humanae creature potius quàm DEVM, sive Regi quasi præcellenti &c.* fideliter obsequium & obedientiam erga Reges etiam, & Provinciarum Gubernatores exercuit, eorum mandata non minùs promptè obtemperans, quàm fideliter exequens. Vit. l. 3. c. 17.

P. Petrus Faber ad nutum obediebat cuicumque Superiori, volens Subditos non considerare mala in Superioribus, sed sola bona, ut sic eos ex animo possent honorare. Imò si viderent Superiores longè à virtute abesse, eò acriùs emendari seculi, ut ipsi se divini amoris, timorisque respectu in statu perficerent, diligentiam, fidelitatem, alacritatem obsequii, & ita demum, ubi gratos se ipsi DEO effecerint, dignam obedientiam fore, quibus etiam boni Præsides concelebantur. Vita l. 2. c. 27.

Petrus Forerius, ut perfectiùs obedientiam exerceret, etiam Pueros, quos instruebat, suos Dominos, etiam venerabiles appellabat, dicere ante lectionis initium iussit, jubete Domini, ut me tegam: jubete, obsecro, ut me regam.

III. Alter actus est, ut Sacerdos cum magna celeritate & integritate exequatur omnia, quæ à Superioribus fuerint imperata: nam, ut rectè S. Bonaventura c. 4. Spec. notat, *Bonus Obediens Verbum non exspectat, ubi de voluntate Superioris constiterit; illum, inquit, ego optimum Obedientiam gradum dixerim, cum eo animo opus recipitur, quo respondetur, adeoque ex voluntate jubentis intentio pendet.*

quem gradum Sacerdotes sat multos assecutos fuil-  
 sequentia exempla demonstrant.

Christus, ut exemplo suo ad obedientiam nos excitaret,  
 humiliavit semetipsum, obediens factus usque ad mortem  
 crucis; unde meritò S. Bernardus hom. 1. super Missus. hoc  
 exemplum considerans exclamat: Erubescere superbe cinis:  
 DEUS se humiliat, & tu te exaltas? DEUS se hominibus sub-  
 iicit, & tu dominari gestiens hominibus, tuo te præponis Au-  
 g. 1. 1.

Mirabilis quoque jam à principio ortæ Ecclesiæ Aposto-  
 licæ fuit obedientia. Nondum enim Christum miracula  
 potentem conspexerant, nondum cælestis regni retributio-  
 nem per illum futuram audierant, & tamen statim, ut eos  
 secuti sunt, reliquit omnibus eum secuti sunt.

S. Thomas Aquinas, cum semel Bononiæ in cœnobio  
 ambularet contemplationi intentus, Frater quidam alterius  
 cœnobii, qui sanctum virum non noverat, à Priore petiit,  
 ut liceret ipsi cum Fratre, qui primus ei venisset obviam,  
 quædam expedienda negotia egredi in urbem. Priore an-  
 te, ante omnes incidit in S. Thomam, dixitque ei: Fra-  
 ter, Prior iussit te mecum ire. Mox præeuntem Fratrem Vir  
 sanctus sequitur. Sed cum ille iret festinantius, non potuit  
 eum assequi. Itaque non rarò ab illo arguebatur, sed Vir  
 sanctus humiliter se excusabat. Ut autem Cives viderunt  
 virum parvi momenti Fratrem sequi, existimabant  
 errorem fieri. Accedunt igitur ad illum Fratrem, indicant-  
 eum, quem virum post se ducat. Tum ille ad S. Thomam  
 veniens obnixè rogavit, ut veniam daret suæ ignorantie.  
 Cives autem cum multa reverentia virum DEI compellentes  
 interrogabantur, cur adeò se abjicere voluisset? at ille, Mo-  
 dicitur, inquit, Religio sanctæ obedientie studio perficitur,  
 quia homo homini se subicit propter DEUM, quem admo-  
 dum DEUS ipse se hominibus causa salutis humanæ submi-  
 ttitur. Haræus 7. Mart.

S. Bernardus, ut suam in obedientia præstanda prompti-  
 tudinem ostenderet, etiam post mortem, cum Abbas ei præ-  
 cepit, ut à miraculis patrandis cessaret, ne per concursum  
 hominum divina officia impedirentur, paruit, nullumque  
 amplius

amplius miraculum patravit. Lyraus l. 1. apoph. S. Ignatius apoph. 12.

S. Franciscus Xaverius tam erat Obedientiæ studiosus, ut vix indicata S. Ignatii voluntate, quâ volebat, ut in pateret, mox omnes difficultates & discrimina committens ad iter se parârit, nec minori alacritate suscepit. Ipse S. Ignatius ad eum obedientiæ confidebat, ut quibus eum ex India Romam revocabat, solam litteram calce adscriberet, non dubitans, quin ea sufficeret illud pari velocitate & alacritate, quâ Indiam ingressus erat, suscipiendum. Vita l. 1. c. 8.

P. Petrus Faber ad nuntium parebat S. Ignatio, licet ex suo ad locum imperatum discessu spem fructus salutis & valetudinem primùm recuperatam læsum iri, enim, agebat, voto nos obstringi, ut ad salutem multorum terrarum nostrorum vocemus, sed ut Filii simus obedientissimi. l. 2. c. 27.

Alanus de Solminihac de seipso fatebatur, se neminem quidem in obediendo difficultatem sensit, neque cogitari sibi posse, quâ subito difficilis esse queat; prius moriturum, quàm id animo affecturus esset, non nesciret, quod plerumque opponitur; nunc vero eius amore se captum, ut etiam Episcopalem dignitatem defereret, si ea impedimento foret, quò minus obtineri posset. Vita l. 3. c. 17.

Petrus Canisius jam grandis natu senex, cuius (ut Petrus ait) laus in Evangelio erat; cuius vel conspectum nebant in beneficio plerique Catholicorum, & tanquam oraculo edita responsa accipiebant, intra septa domus velut unus è numero suas obibat vilissimorum officiorum vices, dormire, surgere, vesci, omnia demum ad altitudinem, hoc est, legum ac Præsidum facere; intellexit nempe per eam, quâ plenus erat, Sanctorum sapientiam hanc virtutem humilitate junctam, esse maximè capax celestium donorum materiam, familiaritatis DEI consertricem, beata pacis, tranquillitatisque parentem, ac custodem, rerum denique bene & feliciter agendarum firmum fundamentum. Vita l. 3. fol. 341.

De P. Julio Mancinello è Societate JESU scribit vitæ Au-  
thor l. 2. c. 4. talem in eo obediendi promptitudinem & pro-  
plicitatem fuisse visam, qualem non meminerit se in aliis  
legisse, vel audivisse. Dicebat, ad obediendum Superio-  
ri parvo vel magno, quisquis esset, non solum se relicturum  
esse hunc vel illum locum meliorem, hoc vel illud offi-  
cium, quod arrideret genio suo, sed etiam si in lustralibus  
luminis jam salutis securus, imò si in cælo jam beatus, exi-  
tum fuisse cum beatitudinis incertitudine, iterumque il-  
lus, quò obedientia illum destinasset. Hinc se promptissi-  
mam exhibebat in relinquendis pietatis officiis, & in operi-  
bus caritatis, quæ alioqui interpolare, aut interrumpere vi-  
deri peccatum posset. Ita Neapoli ex obedientia deseruit  
munus excipiendi confessiones, & litandi in privato sacello,  
quod propter privatam consolationem magis ei arridebat,  
quam publicum templum; sed & Constantinopoli in Italiam  
profectus est longissimo, difficili, & periculorum pleno iti-  
nere, tamen illic res magnas pro gloria DEI efficeret, ac  
crederet operam suam summè necessariam esse. Vita l. 2.  
c. 4.

P. Balthasar Alvarez etiam difficillima, & vires suos propè  
superantia opera, in quibus obedientia cum collocabat,  
promptissimè acceperat, dicere solitus, ex quo DEUS posuit  
Religiosum in aliquo statu vel munere, etiam cum profectu  
eundem deducturum; quòd si illum plus oneret, quam ferre  
possit, se ipsam onerare, quia in se suscepit, quòd velit supplere.  
Vita c. 5.

P. Bernardus Colnagus pari promptitudine excurrebat  
quaeversum, sive Romam, Venetias, Mediolanum, mitte-  
retur, sive ad quemvis ignobilem pagum vocatus esset. Ne-  
que plus temporis morabatur post imperia Majorum, quam  
quo schediasmata colligeret. Panormo Sortinum missus, in-  
tra mediæ horæ spatium itinere se accinxit. Unum verbum,  
quævis unus addebat currenti alas, quòd semper DEUM in  
Moderatoribus agnosceret. In medio rerum cursu, fortu-  
natisque successibus ad unicum Superioris signum vela aliò  
vertebat, è scholis ad conciones; ab his ad scholas; modò  
ad abjecta ministeria; modò ad sublimiores functiones  
promptus & alacer, maximo Superiorum solatio, quia in  
Instrud. IX. K qua-

quacunq̄ue necessitate ad omnia munia pro dignitate  
da ex æquo idoneus & paratus. Vita l. 2. c. 6. §. 2.

IV. Tertius actus est, ut cœcæ obedientiam ex  
studeat, & non solùm idem velit, sed etiam idem  
quod Superior, ejusque judicio subiciat suum, quoad  
voluntas intelligentiam inflectere; etenim cùm obe-  
tia, ut rectè discurret S. Ignatius in aurea sua Episto-  
la obed. n. 9. sit quoddam holocaustum, quo totus homo  
ulla prorsus imminutione Conditori suo ac Domino per-  
nus Ministrorum in caritatis igne immolatur, cùm  
eadem renuntiatio quædam integra, per quam omni  
sponte decedit Religiosus, ut divinæ Providentiæ Su-  
perioris ductu gubernandum ac possidendum ultro se addi-  
cipiet, negari non potest, quin obedientia compo-  
dat non solùm executionem, ut imperata quis faciat, sed  
libertatem, ut libenter faciat; sed etiam judicium, ut  
cunq̄ue Superior mandat, ac sentit, eadem inferiori  
& vera esse videantur, quatenus vi sua potest voluntas  
intelligentiam flectere, uti fieri posse ex sequentibus  
Sacerdotum exemplis patet.

SS. Petrus & Andreas vocati à Christo, non hæsitantes  
solliciti, unde viverent, non considerantes, quomodo  
homines Prædicatores fieri possent, sine mora secuti  
Christum. Marci c. 1.

S. Ignatius Lojola quanti faceret cœcæ hanc obe-  
dientiam, ex eo facilè intelligi potest, quòd dicere solent  
cum, qui in obediendo voluntatem tantùm, & non iudicium  
pariter cum Superioris judicio conformaret, altero die  
pede in Religione existere, & plerumque in magna  
moda incidere, & gravissimis perturbatæ conscientiæ  
lis ac molestiis implicari, cùm, ut Cassianus in colloq̄iis  
c. 11. rectè advertit, Nullo alio vitio tam præcipitem  
ulus Subditum pertrahat, ac perducatur ad mortem, quam  
neglectis consiliis Seniorum, suo judicio persuaserit, obedi-  
tionique confidere. Unde ipse S. Ignatius non raro  
solebat, si Pontifex imperaret, ut in Ostiensis portu  
cul Romæ sito in proximam, quam inveniret, navem  
remis, & gubernaculo, veloque, imò & omnibus  
vitam conservandam necessariis se conferret, man-



committeret, se id non solum prompto, sed etiam hilari animo facturum; cumque primarius Dominus, qui id assererem audierat, admirans diceret, quæ hæc prudentia foret? respondit ipse, prudentiam non in Subdito, qui imperium requirit, quam in Superiore, qui imperium dare debet, requirit. Vita l. 5. c. 4.

S. Lambertus Trajectensis Episcopus cum invidorum iniquitate Episcopatu motus ad Monasterium Scabolanense transfugisset, Monachalem servans vitæ modum, & nocte quadam ad orandum è lecto desiliens, strepitum percusso pedibus pavimento fecisset, & Abbas indignè id ferens iussisset, quisquis hujus culpæ reus esset, continuo ad Crucem extra Monasterij septa sub dño stantem exiret, nec ante diei crepusculum reverteretur, mox nudis, ut erat, pedibus, & ciliis tantum indutus abiit, & licet ob brumæ tempus ferè ignis extinctus, ibidem mansit, donec à Monachis semivivus repertus, & in Monasterium reductus est. Beyrlinck Obedientia, fol. 5.

Atanus de Solminihac Episcopus quidquid à summo Pontifice proveniret, cæcâ quâdam obedientiâ excipiebat: Si Papa, aiebat, aliquid loquitur, haud opus est alio, quàm submissione & obedientia, excluso omni penitus examine, & rationum investigatione. Vita l. 3. c. 17.

P. Petrus Canisius hortabatur, ut omnes quantumcunque docti, & in rebus agendis exercitati pro exemplo sibi proponant Puerum JESUM, & obedientiam promptissimam, & simplicissimam simplicitatem, quam in tenera illa ætate illustravit, imitari omni ope studeant. In quo cum jam inde primo Matris conceptu thesauri fuissent omnes scientiæ & sapientiæ DEI, tamen ad decorum se ætatis accommodans, nec emanare sinens immensam illam lucem, subditus, & obsequentissimus Josepho & MARIE erat; & quamvis haud dubie meliores ipse rerum efficiendarum vias, quàm quo interdum modo imperabantur, nôset, nihilo tamen minùs astricta placita obedienter, ac simpliciter sequebatur. Quam obedientiæ formam, inquit Author vitæ l. 3. fol. 341. Canisius haud magnificentius verbo proponebat, quàm ipse sequebatur.

K 2

P. Igna-

P. Ignatius Martinus è Societate JESU dicebat, id latij ac spei ad immortalitatem consequendam esse, quòd nunquam meminisset, egisse se, ut ad suam ratem flecteret iudicium Superioris. Unde obtemperans summa semper fide, & nunquam de statione decedens qua eum obedientia collocavit. Annua lit. Soc. f. 158.

V. Meritò ergo omnes Sacerdotes præclaram sibi ad Hebræos c. 13. sententiam applicant: *Obedite Prælatibus vestris, & subjacete eis; ipsi enim pervigilant quasi nem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio ciant, & non gementes.* Nam cum Providentia omnia suaviter disponat, infima per media, media per prima, suos ad fines cuncta perducens, uti tum ex Angelicæ Hierarchiarum subordinata serie; tum ex cælestium graduum, quorum morus ab uno movente supremo gradum que ad infimos ritè proveniunt, connexionè ordinatum in Ecclesiastica Hierarchia, cujus omnia membrationes ab uno generali Christi Domini nostri Vicariuntur, patet, rectè colligitur, eò rectiorem & maiore Ecclesiæ gubernationem, quò accuratiùs hæc natio per obedientiam custoditur.

## §. V.

## De Exemplis Fortitudinis à Sacerdotibus relictis.

Fortitudo juxta Theologos est virtus, quâ labores, etiam mortis constanter perferuntur, & cum opus etiam ultro suscipiuntur. Unde sicut varij labores cula existunt, ita variæ quoque species Fortitudinis tur, inter quas tamen duæ sunt potiores, quæ à Sacerdotibus exerceri præcipuè debent, Patientia scilicet & Constantia, quibus proin per diversos titulos agetur.

## De Exemplis Patientia.

I. Patientia, quæ est virtus, quâ mala hujus sæculi animo sustinemus, ita ut propter illa nec interius inderatè turbemur aut tristemur; nec exterius aliquid